

QVAESTIONES L E G A L E S

Quæ vt plurimum in facto occurrerunt.

IN QVIBVS VARII ET NOTABILES CASVS,
qui etiam in dies contingere solent, miro & magistrali
atque facilimo ordine tractantur.

*Quarum lectio studiosis omnibus, & in foro tractandis causis versantibus
facilis, ordinata, iocunda, & utilis proponitur.*

A V T H O R E B R V N O R O A S O L E,
Decretorum, & Cæsarei iuris Doctore, Veneto.

C U M E I V S D E M R E R V M S U M M I S A D S I N G V L A S
Quæstiones, & Indice rerum memorabilium copioso.

MATERIARVM CAPITA ANTE INGRESSVM QVÆSTIONVM HABES.

C V M P R I V I L E G I I S.

12
18225



M D L X X X V I I I.

VENETIIS, APVD FELICEM VALGRISIVM,

BULL. SOU. IEUV SALM. EX DONO REGVM.

SERENISSIMO

PASCHALI CICONIA

VENET. PRINCIPI.

EIVSQUE ILLVSTRISSIMO COLLEGIO,

Fælices ad vota successus.



I homines in tam breui vitæ suæ cursu innocentia
freti ab iniurijs iniquorum tui esse possent, SERE-
NISSIME PRINCEPS, ILLVSTRISSI-
MVM QVE COLLEGI V M, naturale hoc iter
peragentes, nulli infensi, fœlicem demum, &c à bo-
nis omnibus optatum finem consequi possent, nec
dum in humanis agunt, alicui rei magis quam æternæ saluti, nomi-
nisque perpetuitati incumbent, nec id eis difficile fore existimam-
dum est, cum animi quies vitam cuique quietam pareret. Verum,
cum cuenit sœpe soleat, quod quis quanto magis se nulli inuidum
agnoscit, multis se inuidiosum esse compert: Quo sit ut (velut nauis
placidum mare scindens ventorum turbibus aggressa huc illuc quo
impulsa diræ tempestati cum maxima sua iactura cedere coacta) nec ani-
mi tranquillitat, nec integritati suæ fidendum agnoscatur. Quod mihi
præ cæteris contigisse video: Dùm enim id mihi solum, siue domini siue fo-
ris, semper proposuerim, vt sine aliorum iniuria studijs laboribusque
viam mihi ad aliquam honestam dignitatem consequendam pararem,
non fautoribus, sed virtute ambiens, inuidorum diris iætibus agitatus in
altitudinem maris impulsus demersus penè sum. Quare cogitans tem-
porum calamitati, impiorumque inquis persecutionibus melius esse
cedere, quam secundam tempestatem expectare, dignitatum cogitatio-
ne postposita, conditionis temporum mutationem expectans, in hanc
inclitam ciuitatem patriam meam redij. in qua postea (parentum suc-
cedente morte) propositum mutans, iustis rationibus coactus, vxorem
duxi, paterfamilias effectus sum, curæque familiari intendens, nil mihi
magis necessarium fore existimans quam filiorem educationi hone-
stisque lucris incumbere, ijs quæ bono patrifamilias expedire videban-
tur curam adhibere cœpi, nec ob id meliorem statum me asscutum
cognoui: angustum enim rem domi habui semper, & ita tenuem, vt

* 2 alendis



QVÆSTIONES L E G A L E S.

Quæ ut plurimum in facto occurserunt:

A V T O R E B R V N O R O A S O L E.

Decretorum, & Cæsarei Iunis, D. Veneto.

Q V A E S T I O. L.

De censu, & eius constitutione: Quan-
do sit licita, vel illicita.

S V M M A R I V M.

- 1 Census aliis publicus, aliis privatus.
- 2 Census publicus, quid sit, & unde dicatur.
- 3 Census privatus, quid sit.
- 4 Censu&s contractus ad vitam ementis constitutus, eoq;
moxius extingendus absque redditione foris, an sit li-
citus.
- 5 Fidicominisum reciprocum quando remittitur, neutra
pars legitur.
- 6 Contractus se habens ad lucrum, & damnum, si licitus.
- 7 Contractus clandestinus non est licitus.
- 8 Fraus praesumitur ex caro.
- 9 Redditi aenam cum bona conscientia emi possunt.
- 10 Contractus ratione incerti cuenter valet.
- 11 Malus semel, semper praesumitur, ut malus in eodem genere
malum.
- 12 Contractus iustificatio ratione incertitudinis.
- 13 Redditi aenam, quando sit licitus.
- 14 Emptio redditus vitalis vel perpetua, an sit permisus
vel usurarius.
- 15 Cognitio contractuum an sint liciti vel non, ad quem fo-
rum spectet.
- 16 Cogitationes hominum, Deo nequeant occultari.
- 17 Emens censem ad vitam, si tantum vivat, vt redditus
percepit, sint maiores quam persona data, an teneatur
illud plus restituere.
- 18 Delictum praesumitur in foro conscientis.
- 19 Dubiam meliorem partem sunt interpretanda.
- 20 Argumentum de persona aut res valet.
- 21 Contractus in foro iudicali praesumitur licitus, non usu-
tus.



ENSVS, quatenus
pertinet ad materiam
nostram legalem, est,
vel publicus, vel pri-
vatus: † Publicus respi-
cit personam subiecti
respectu Principis; Pri-
vatus consideratur ra-
tione contrachnum inter priuatos, seu etiam
inter Principes & priuatatos innitorum.

Primo modo sumptus accipitur pro tri-
buto, quod subditus Principi debet in reco-
gnitionem subiectionis, vt habetur Mart. c.
22. & Luc. c. 20. & in legi, & can. vt l. 2. C.
sine censi vel reliq. inn. in c. præterea in glo-
sus. in versicu. transactione. de transact. & de
hoc in gl. 2. q. 1. magnum. 22. q. 8. tributum:
in glo. Bal. in margar. ver. censu. Ang. in l. 3.
C. de natural. liber. c. 2. & ibi Abb. de censi
Alex. consi. 34. vol. 4. Bal. in d. l. 3. & in l. data
opera. C. qui accus. nō pos. & in Auth. quib.
mod. natur. effic. sui. §. si quis. & est persona-
rum, rerumque descriptio. l. 2. §. post deinde
ff. de orig. iur. Et dicitur † estimatio patrimo-
nij, vt annum tributū solvatur, dictus à cen-
sendo sine estimando, l. vitia. & l. forma. ff.
de censi. l. 2. & 3. C. de censi. lib. 1: l. censi-
ff. de probat. l. de creationibus. C. de episcop-
audien. & alibi dicitur quædam annua por-
tio, quæ de prouenientibus debetur. 1. q. 3.
c. quæ situm. in f. Goff. in sum. eo. rit. Ang.
de Claves. Silvest. & alij in suis Sum. nā cen-
sus, tributum, annua prestatio, annona mili-
taris,